

profectò magna clades atque calamitas rempublicam oppressisset; neque illis, qui victoriam adepti forent, diutius eâ utilicisset, quin defessis ⁴ et exsanguibus qui plus posset imperium atque libertatem extorqueret. Fuere tamen extra conjurationem complures qui ad Catilinam initio profecti sunt; in his erat Fulvius, senatoris filius, quem retractum ex itinere parens necari jussit. Iisdem temporibus Romæ Lentulus, sicuti Catilina præceperat, quoscumque moribus aut fortunâ novis rebus idoneos credebatur, aut per se aut per alios sollicitabat; neque solum cives, sed cujuscumque modi genus hominum, quod modò ² usui bello foret.

XL. Igitur P. Umbreno cuidam negotium dat, uti legatos Allobrogum requiratur, eosque, si possit, impellat ad societatem belli; existumans publicè ³ privatimque ære alieno oppressos, præterea quòd naturâ gens gallica belliciosa esset, facilè ad tale consilium adduci posse. Umbrenus, quòd in Galliâ negotiatus ⁴ erat, plerisque principibus civitatum notus erat, atque eos noverat; itaque sine morâ, ubi primùm legatos in foro conspexit, percunctatus pauca de statu civitatis, et quasi dolens ejus casum, requirere ⁵ cœpit quem exitum tantis malis sperarent. Postquam illos videt queri de avaritiâ magistratum, accusaresenatum quòd in eo auxilii nihil esset, miseris suis remedium mortem expectare: « At ego, inquit, vobis, si modò ⁶ viri esse vultis, rationem ostendam quâ tanta mala ista effugiatis. » Hæc ubi dixit, Allobroges in spem maxumam adducti, Umbrenum orare, uti sui misereretur: nihil tam asperum neque tam difficile esse, quin cupidissimè facturii essent, dum ⁷ ea res civitatem ære alieno liberaret. Ille eos in domum Decii Bruti perducit, quòd foro propinqua erat, neque aliena ⁸ consilii propter Semproniam; nam tum Brutus ab Româ aberat. Præterea Gabinium accessit, quò major auctoritas sermoni inesset: eo præsentem conjurationem aperit;

⁴ Defessis, sui que otro mas poderoso les hubiera quitado de las manos el imperio y la libertad, por hallarse ya debilitados y sin fuerzas. ² Quod modò, con tal que pudiesen tomar las armas.

XL. ³ Publicè, por sí mismo y á nombre de su patria. ⁴ Negotiatus, habian traficado. ⁵ Requirere, comenzó á sonsacarlos. ⁶ Si modò, si sois hombres de valor. ⁷ Dum, á trueque de que esto librase de las deudas á su ciudad. ⁸ Neque aliena, y no estaba ignorante de la trama...

nominat socios: præterea multos cujusque generis innocios ¹, quò legatis animus amplior esset; dein eos, pollicitos operam ² suam, domum dimittit.

XLII. Sed Allobroges diu in incertum ³ habuere quidnam consilii caperent. In alterâ parte erat æs alienum, studium belli, magna merces in spe victoriæ; at in alterâ majores opes, tuta consilia, pro incertâ spe certa præmia. Hæc illis ⁴ volventibus, tandem vicit fortuna reipublicæ. Itaque Q. Fabio Sangæ, cujus patrocinio civitas plurimùm utebatur, rem omnem, uti cognoverant, aperiunt. Cicero, per Sangam consilio cognito, legatis præcipit ut studium conjurationis vehementer simulent ⁵, ceteros adeant, bene polliceantur, dentque operam ut eosquàm maxumè manifestos habeant.

XLIII. Isdem fere temporibus in Galliâ citeriore atque ulteriore, item in agro Piceno, Bruttio ⁶, Apuliâ motus ⁷ erat. Namque illi quos antea Catilina dimiserat ⁸, inconsultè ac veluti per dimentiam cuncta simul agere ⁹; nocturnis consiliis armorum atque telorum portationibus, festinando, agitando ¹⁰ omnia, plus timoris quàm periculi effecerant. Ex eo numero complures Q. Metellus Celer prætor, ex S. C. causâ cognitâ, in vincula conjecerat ¹¹; item in citeriore Galliâ C. Murena, qui ei provinciæ legatus ¹² præerat.

XLIII. At Romæ Lentulus, cum ceteris qui principes conjurationis erant, paratis, uti videbatur, magnis copiis, consti-

¹ Innocios, que nada sabian de la conjuracion. ² Operam, sus personas.

XLII. ³ In incertum, anduvieron por mucho tiempo pensativos. ⁴ Hæc illis, recapacitando ellos todo este. ⁵ Simulent, que aparenten todo lo posible que le sean la conjuracion, tralen con los demas conjurados, les den buenas esperanzas, y procuren que se descubran del todo.

XLIII. ⁶ Bruttio, Abruzo, la Pulla. ⁷ Motus, alborotos. ⁸ Dimiserat, habia despachado á aquellas partes. ⁹ Agere, en todo procedian arrebatada y locamente. ¹⁰ Festinando, agilando, obrando en todo con apresuracion y arrebatado. ¹¹ Conjecerat in vincula, habia puesto en prisiones. ¹² Legatus, en clase de lugarteniente gobernaba aquella provincia.

Civitas (sup. Allobrogum), en Roma tenian todas las ciudades ciertos como patronos ó procuradores de los mismos Romanos para sus intereses.

tuerat, uti, cum Catilina in agrum Fæsulanum cum exercitu venisset, L. Bestia tribunus plebis, concione habitâ, quere- retur de actionibus ¹ Ciceronis, bellique ² gravissimi invidiam optumo consuli imponeret: eo signo proxumâ nocte cetera multitudo conjurationis suum quisque ³ negotium exseque- retur. Sed ea divisa ⁴ hoc modo dicebantur. Statilius et Gabi- nius uti cum magnâ manu ⁵ duodecim simul opportuna loca urbis incenderent, quâ ⁶ tumultu facilius aditus ad consulem ce- terosque, quibus insidiâ parabantur, fieret; Cethegus Ciceronis januam obsideret ⁷, eumque vi aggrediretur, alius autem alium; sed filii familiarum, quorum ex nobilitate maxuma pars erat, parentes interfecerint, simul; cæde et incendio percussis om- nibus, ad Catilinam erumperent ⁸. Inter ⁹ hæc parata atque decreta, Cethegus semper querebatur de ignaviâ sociorum: illos ¹⁰ dubitando, in dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere; facto, non consulto, in tali periculo opus esse; seque, si pauci adjuvarent, languentibus ¹¹ aliis, impetum in curiam facturum: naturâ ferox, vehemens ¹², manu promptus, maxumum bonum in celeritate putabat.

XLIV. Sed Allobroges ex præcepto ¹³ Ciceronis per Gabinium ceteros conveniunt ¹⁴: ab Lentulo, Cethego, Statilio, item Cassio postulant jusjurandum, quod signatum ¹⁵ ad cives perferant; aliter haud faciliè eos ad tantum negotium impelli posse. Ceteri nihil suspicantis dant; Cassius semet eò brevi venturum pol- licetur, ac paulò ante legatos ex urbe proficiscitur. Lentulus cum his T. Voltureium quemdam Crotoniensem ¹⁶ mittit, ut Allobroges, priùs quam domum pergerent, cum Catilinâ,

XLIII. ¹ *Actionibus*, de los procedimientos. ² *Bellique*, y echase la culpa de guerra tau temible al mejor cónsul que hubo en Roma jamas. ³ *Suum quisque*, hiciese cada uno su deber. ⁴ *Divisa*, dis- tribuido todo en la forma siguiente. ⁵ *Manu*, gran número. ⁶ *Quò*, tribuido todo en la forma siguiente. ⁷ *Obsideret*, acordó para tener con el alboroto mas fácil la entrada. ⁸ *Erumperent*, se marchase á unirse con nase la casa de Ciceron. ⁹ *Inter*, miéntras se daban estas órdenes y disposiciones. ¹⁰ *Illos*, que ellos con su irresolucion y dilaciones perdian los mejo- res lances. ¹¹ *Languentibus*, si los demas andaban remisos. ¹² *Vehemens*, fogoso, intrépido y de valor.

XLIV. ¹³ *Ex præcepto*, segun las órdenes de Ciceron. ¹⁴ *Conve- niunt*, hablan. ¹⁵ *Signatum*, sellado. ¹⁶ *Crotoniensem*, natural de Croton (en la Calabria; otros Cortona en la Toscana)...

datâ ¹ atque acceptâ fide, societatem confirmarent ²: ipse Volturcio litteras ad Catilinam dat, quarum exemplum infra scriptum est: « Quis sim, ex eo quem ad te ³ misi cognosces. Fac cogites in quantâ calamitate sis, et memineris te virum ⁴, consideres quid tuæ rationes ⁵ postulent; auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis ⁶. » Ad hoc mandata verbis dat cum ab senatu hostis judicatus sit, quo consilio servitia re- pudiet? in urbe parata esse quæ jusserit: ne cunctetur ipse propiùs accedere.

XLV. His rebus ita actis, constitutâ nocte quâ proficisce- rentur, Cicero, per legatos cuncta edoctus ⁷, L. Valerio Flacco et C. Pomptino prætoribus imperat, ut in ponte Mulvio per insidias ⁸ Allobrogum comitatus deprehendant: rem omnem aperit cujus gratiâ mittebantur: cetera, uti factu opus sit, ita agant. Homines militares ⁹, sine tumultu præsidii collocatis, sicuti præceptum erat, occultè pontem obsidunt. Postquam ad id loci legati cum Volturcio venere, simul utrinque clamor exortus est; Galli, citò cognito consilio ¹⁰, sine morâ præto- ribus se tradunt. Volturcius, primò cohortatus ceteros, gladio se a multitudine defendit; dein, ubi a legatis desertus est, multa priùs de salute suâ Pomptinum obtestatus ¹¹, quòd ei notus erat, postremò timidus ac vitæ diffidens, velut hostibus sese prætoribus dedit.

XLVI. Quibus rebus confectis, omnia properè per nuntios consuli declarantur; at illum ingens cura atque lætitia simul occupavere. Lætabatur intelligens, conjuratione patefactâ,

¹ *Datâ*, dándose mutuamente la palabra de seguridad. ² *Confirma- rent*, ratificasen. *Quem ad te*, por el dador de esta conocerás quién te escribe: reflexiona el apuro en que, etc. ³ *Te virum*, sup. esse. ⁴ *Rationes*, tu situacion. ⁵ *Ab infimis*, aun valiéndote de los mas despreciables. Ademas de esto le encarga le diga de palabra, que habiéndole el senado declarado enemigo, en qué se fundaba para desechar los esclavos.

XLV. ⁷ *Edoctus*, informado de todo por los comisionados. ⁸ *Per insidias*, emboscándose en el puente Mulvio, prendan todo el acompa- ñamiento de los Piemonteses: les dice el motivo porque los envia, y en lo demas procedan como el caso lo pida. ⁹ *Milita- res*, acostumbrados á semejantes expediciones. ¹⁰ *Consilio*, al punto que conocieron el ardid. ¹¹ *Obtestatus*, haciendo muchas plega- rias, etc.

civitatem periculis ereptam esse; porro autem anxius¹ erat, in maximo scelere tantis civibus deprehensis, quid facto opus esset: pœnam illorum sibi oneri, impunitatem perdundæ reipublicæ fore. Igitur confirmato animo, vocari ad sese jubet Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, item Q. Ceparium Terracinensem, qui in Apuliam ad concitanda servitia proficisci parabat; ceteris sine morâ veniunt. Ceparius, paulò antè domo egressus, cognito indicio², ex urbe profugerat. Consul Lentulum, quòd prætor erat, ipse manu tenens³, in senatum perducit; reliquos cum custodibus⁴ in ædem⁵ Concordiæ venire jubet: eò senatum advocat, magnâque frequentia⁶ ejus ordinis, Volturcium cum legatis introducit; Flaccum prætorem scrinium⁷ cum litteris, quas a legatis acceperat, eòdem adferre jubet.

XLVII. Volturcius, interrogatus de itinere⁸, de litteris, postremò quid aut quâ de causâ consilii habuisset, primò fingere alia omnia, dissimulare de conjuratione: post, ubi fide publicâ⁹ discere jussus est, omnia uti gesta erant aperit: se paucis antè diebus a Gabinio et Cepario socium¹⁰ accitum; nihil amplius scire quàm legatos; tantummodo audire solitum ex Gabinio, P. Autronium, Ser. Sullam, L. Vargunteium, multos præterea in eâ conjuratione esse. Eadem Galli fatentur; ac Lentulum dissimulantem coarguunt¹¹, præter litteras, sermonibus quos ille habere solitus erat: ex libris¹² sibyllinis reg-

XLVI. ¹Porro anxius, pero se hallaba cuidadoso sobre lo que debía practicar, á vista de hallarse comprendidos en tan enorme maldad ciudadanos de tanta categoría: castigarlos redundaría en daño suyo; el disimular sería la ruina de la república, y así con toda resolución, etc. ²Indicio cognito, habiéndolo oído que se había descubierto la trama. ³Tenens, tomando por la mano. ⁴Custodibus, con una compañía de soldados. ⁵Ædem, al templo de la diosa Concordia. ⁶Frequentia, á presencia de gran número de senadores. ⁷Scrinium, cajita con las cartas.

XLVII. ⁸De itinere, preguntado acerca de su viaje y de las cartas; últimamente, que designio llevaba, y qué le movía. ⁹Fide publicâ, con palabra de perdonarle. ¹⁰Socium, le habían obligado á entrar en la conjuración. ¹¹Coarguunt, le reconviene con las cartas y conversaciones. ¹²Ex libris, que anunciaban los libros de las Sibilas que el reino de Roma recaería sobre tres de la familia de los Cornelios..

num Romæ tribus Corneliis portendi; Cinnam atque Sullam antea; se tertium esse, cui fatum foret¹ urbis potiri; præterea, ab incenso Capitolio illum esse vigesimum annum, quem sæpe² ex prodigiis haruspices respondissent bello civili eruentum fore. Igitur perlectis litteris, cum prius omnes signa³ sua cognovissent, senatus decernit, ut abdicato⁴ magistratu, Lentulus itemque ceteri in liberis custodiis habeantur⁵. Itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum ædilis erat, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Cæsari, Gabinus M. Crasso, Ceparius (nam is paulò antè ex fugâ retractus⁶ erat) Cn. Terentio senatori traduntur.

XLVIII. Interea plebes, conjuratione patefactâ, quæ primò cupida rerum novarum nimis bello favebat, mutatâ⁷ mente, Catilinæ consilia execrari, Ciceronem ad cœlum tollere; velut ex servitute erepta, gaudium atque lætitiã agitabat⁸. Namque alia belli facinora⁹, prædæ magis quàm detrimento fore, incendium verò crudele, immoderatum¹⁰, ac sibi maxumè calamitosum putabat; quippe¹¹ cui omnes copiæ in usu quotidiano et cultu corporis erant. Post eum diem quidam L. Tarquinius ad senatum adductus erat, quem ad Catilinam proficiscentem, ex itinere retractum aiebant. Is, cum se diceret

¹Cui fatum foret, quien indicaban los hados se apoderaría de la ciudad. ²Quem sæpe, el que repetidas veces los agoreros habían anunciado en vista de los prodigios sería sangriento por las guerras civiles. ³Signa, sus sellos (ó firmas, como algunos quieren). ⁴Abdicato, depuesto del empleo. ⁵Habeantur, se les tenga en las cárceles de los nobles. ⁶Retractus, le habían hecho volver poco ántes yéndose huído.

XLVIII. ⁷Mutatâ, habiendo mudado de parecer, abominaba de las intenciones de Catilina. ⁸Agitabat, se ocupaba en regocijos y alegrías. ⁹Facinora, atrocidades. ¹⁰Immoderatum, enorme. ¹¹Quippe, como que todos sus haberes consistían en solo comer y vestir...

Fatum, entendiéndose aquí por hado la serie de los inevitables acontecimientos de Roma.

Signa, eran unos anillos como los nuestros, y sin mas firma que su estampa se entendía ser del sugelo cuyo era el anillo.

Liberis custodiis, á los nobles no los ponían en la cárcel pública, sino

que, como luego dice, se les ponía á cargo de alguna persona que no los perdiese de vista.

Plebes, nominativo antiguo de plebes, ei, como fames, ei: por eso fames tiene la e larga.

Gaudium; gozo interior; lætitiã, alegría exterior.

de conjuratione indicaturum si fides¹ publica data esset, jussus a consule quæ sciret edicere, eadem ferre quæ Volturcius de paratis incendiis, de cæde honorum, de itinere hostium senatum edocet²: præterea, se missum a M. Crasso, qui Catilinæ³ nuntiaret ne eum Lentulus et Cethegus, alique ex conjuratione deprehensi terrerent; eoque magis properaret ad urbem accedere, quò et ceterorum animos reficeret⁴, et illi faciliù periculo eriperentur. Sed ubi Tarquinius Crassum nominavit hominem nobilem, maxumis divitiis, summâ potentia; a rem incredibilem rati; pars, tametsi verum existumabant, quia in tale tempore tanta vis⁵ hominis magis leniendi quàm exagitanda videbatur; plerique, Crasso ex negotiis privatis obnoxii⁶, conclamant indicem⁷ falsum esse, deque e re postulant uti referatur⁸. Itaque, consulente⁹ Cicerone, frequens senatus decernit, Tarquiniū indicem falsum videri, eumque in vinculis retinendum, neque amplius potestatem¹⁰ faciendam, nisi de eo indicaret cujus consilio tantam rem esset mentitus. Eranteo tempore qui existumarent indicium illud a P. Autronio machinatum, quò facilius, appellato¹¹ Crasso, per societatem¹² periculi reliquos illius potentia tegeret. Alii Tarquiniū a Cicerone immisum¹³ aiebant, ne Crassus more suo, suscepto malorum patrociniò rempublicam conturbaret. Ipsum Crassum ego postea prædicantem¹⁴ audivi, tantam illam contumeliam sibi a Cicerone impositam.

XLIX. Sed iisdem temporibus Q. Catulus et C. Piso, neque gratiâ¹⁵, neque precibus, neque pretio Ciceronem impellere¹⁶

¹Si fides, si le daban palabra de indultarle. ²Edocet, informa al senado. ³Qui Catilinæ, para decir á Catilina que no le acobardase la prision de, etc. ⁴Reficeret, para animar á los demas y sacarlos euanto antes del riesgo. ⁵Tanta vis, que á un hombre de tanto poder mas se le debia sobrelevar que irritar. ⁶Obnoxii, dependientes de Craso por dependencias particulares. ⁷Indicem, la delacion. ⁸Referatur, que se dé cuenta al senado. ⁹Consulente, por consejo de Ciceron decreta el senado pleno. ¹⁰Potestatem, no se le diese libertad si no manifestaba quién le habia inducido á levantar tan grande calumnia. ¹¹Appellato, nombrando á Craso en la conjuracion. ¹²Societatem, por el riesgo que corria su persona. ¹³Immisum, que le movió á ello Ciceron. ¹⁴Prædicantem, decir públicamente que Ciceron le habia imputado un delito tan afrentoso.

XLIX. ¹⁵Gratiâ, con su autoridad, ni con ruegos, ni con dinero ¹⁶Impellere, inducir..

quivere, uti per Allobroges aut alium indicem C. Cæsar falso nominaretur¹. Nam uterque cum illo graves inimicitias exercebant; Piso oppugnatus² in judicio repetundarum propter cujusdam Transpadani supplicium injustum; Catulus, ex petitione pontificatûs odio incensus, quòd³ extremâ ætate, maxumis honoribus usus, ab adolescentulo Cæsare victus disceserat. Res autem⁴ opportuna videbatur; quòd is privatim⁵ egregiâ liberalitate, publicè maxumis muneribus, grandem pecuniam debebat. Sed ubi consulem ad tantum facinus impellere nequeunt, ipsi singillatim circumeundo⁶, atque ementiundo quæ se ex Volturcio aut Allobrogibus audisse dicerent, magnam illi invidiam conflaverant⁷; usque ad eò, uti nonnulli equites romani, qui præsidii causâ cum telis erant circum ædem Concordiæ, seu periculi magnitudine, seu animi nobilitate impulsus, quò studium⁸ suum in rempublicam clarius esset, egredienti ex senatu Cæsari gladio minitarentur.

L. Dum hæc in senatu aguntur, et dum legatis Allobrogum et T. Volturcio, comprobato eorum indicio, præmia decernuntur; liberti et pauci ex clientibus Lentuli, divorsis⁹ itineribus, opifices¹⁰ atque servitia in vicis ad eum eripiendum sollicitabant; partim exquirebant duces multitudinum, qui pretio rempublicam vexare soliti erant. Cethegus autem per nuntios familiam¹¹ atque libertos suos lectos et exercitatos in

¹Nominaretur, que nombrase en la lista de los conjurados. ²Oppugnatus, acusado en juicio de cohecho por haber sentenciado injustamente á muerte á un habitante de un pueblo de la otra parte del rio Pó. ³Quòd, porque en lo mas avanzado de su edad, y habiendo obtenido los mayores empleos, habia sido excluido de su pretension por un jovencillo como César. ⁴Res autem, la ocasion era la mejor. ⁵Privatim, por su excesiva liberalidad en su casa con sus amigos, y por los espectáculos magnificos dados al pueblo, estaba muy adudado. ⁶Singillatim circumeundo, hablando privadamente con unos y con otros y fingiendo haber oido várias cosas de boca de, etc. ⁷Conflaverant, le habian acarreado grande odio y en tanto grado, etc. ⁸Studium, su amor hacía la república.

L. ⁹Divorsis, por diversos medios. ¹⁰Opifices, á las artesanos y esclavos de los barrios de Roma. ¹¹Familiam, sus esclavos...

audaciam erabat, uti, grege¹ facto, cum telis ad sese irrumperent. Consul, ubi ea parari cognovit, dispositis præsidiis, uti res atque tempus monebat, convocato senatu, refert quid de iis fieri placeat qui in custodiam traditi erant; sed eos paulò antè frequens senatus judicaverat contra rempublicam fecisse² tum D. Junius Silanus, primus³ sententiam rogatus, quòd eo tempore consul designatus erat, de his qui in custodiis tenebantur, et præterea de L. Cassio, P. Furio, P. Umbreno, Q. Annio, si deprehensi forent, supplicium⁴ sumendum decreverat; isque postea, permotus oratione C. Cæsaris, pedibus⁵ in sententiam T. Neronis iturum se dixerat, quòd de eà re, præsidiis⁶ additis, referendum censuerat. Sed Cæsar ubi, ad⁷ eum ventum est, rogatus sententiam a consule, hujusmodi verba locutus est:

LI. « Omnis homines, Patres Conscripti, qui de rebus dubiis consultant⁸, ab odio, amicitia, irà atque misericordia vacuos esse decet. Haud⁹ facilè animus verum providet, ubi illa officiant; neque quisquam omnium libidini simul et usui paruit. Ubi intenderis ingenium, valet: si libido possidet, ea dominatur, animus nihil valet. Magna¹⁰ mihi copia est memorandi, P. C., qui reges aut populi, irà aut misericordia impulsus, malè¹¹ consuluerint; sed ea malo dicere, quæ majores nostri contra libidinem animi sui rectè atque ordine fecere. Bello Macedonico, quod cum rege Perse gessimus, Rhodiorum civitas magna atque magnifica, quæ populi romani opibus creverat, infida atque adversa nobis fuit: sed postquam, bello confecto,

¹ Uti grege, que juntándose todos con armas entrasen de tropel donde le tenían preso. ² Fecisse, que habian obrado. ³ Primus, habiéndole preguntado primero que á ninguno su parecer. ⁴ Supplicium, que se debian condenar á muerte. ⁵ Pedibus, que se arrinaria al parecer de T. Neron. ⁶ Præsidiis, duplicando las guardias. ⁷ Ubi ad, luego que le tocó hablar.

LI. ⁸ Consultant, que tratan asuntos dudosos. ⁹ Haud, no es fácil al ánimo conocer la verdad cuando se lo impiden aquellas pasiones, ni nadie acertó jamas con lo útil siguiendo su capricho: á donde aplicares el ingenio, la razon allí manifestará su fuerza; si la pasión te preocupa, se hace dueña de todo. ¹⁰ Magna, bien pudiera traer á la memoria muchos reyes. ¹¹ Malè, erraron sus resoluciones ..

Perse, Pérses ó Perseo, último rey de Macedonia

de Rhodiis consultum est, majores nostri, ne quis divitiarum¹ magis quàm injuriæ causâ bellum inceptum diceret, impunitos dimisere. Item bellis Punicis omnibus, cum sæpe Carthaginienses et in pace et per inducias multa nefanda² facinora fecissent, nunquam ipsi per occasionem³ talia fecere: magis quod se dignum foret, quàm quod in illos jure fieri posset, quærebant. Hoc idem vobis providendum est, P. C., ne plus valeat apud vos P. Lentuli et ceterorum scelus quàm vestra dignitas; neu magis iræ vestræ quàm famæ consulatis. Nam si digna pœna pro factis eorum reperitur, novum consilium approbo: sin magnitudo sceleris omnium ingenia exsuperat⁴, iis utendum⁵ censeo quæ legibus comparata sunt. Plerique eorum qui ante me sententias dixerunt, compositè⁶ atque magnificè casum reipublicæ miserati sunt: quæ belli sævitia esset, quæ victis acciderent, enumeravere⁷: rapi virgines, pueros; divelli liberos a parentum complexu; matres familiarum pati quæ victoribus collibuisse⁸; fana⁹ atque domos exspoliari; cædem, incendia fieri; postremò armis, cadaveribus, cruore atque luctu omnia compleri. Sed, per deos immortalis, quòd¹⁰ illa oratio pertinuit? An uti vos infestos conjurationi faceret? Scilicet, quem res tanta atque tam atrox non permovit, cum oratio ascendet! Non ita est; neque cuiquam mortalium injuriæ suæ parvæ videntur: multi eas gravius æquo¹¹ habuere: sed alia aliis licentia est, P. C. Qui demissi in obscuro¹² vitam agunt, si quid iracundiâ deliquere, pauci sciunt; fama atque fortuna eorum pares sunt: qui magno imperio præditi in excelso¹³ ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales novere. Ita in maxumâ fortunâ minuma licentia est;

¹ Divitiarum, mas por codicia que por vengar la injuria. ² Nefanda, indignas de decirse. ³ Per occasionem, aunque pudieron. ⁴ Exsuperat, es mayor de lo que se puede imaginar. ⁵ Utendum, debemos echar mano de aquellos castigos que previenen las leyes. ⁶ Compositè, con un razonamiento adornado y magnifico se condolieron del estado miserable de la república. ⁷ Enumeravere, recorrieron. ⁸ Collibuisse, lo que se les antojase á los vencedores. ⁹ Fana, templos. ¹⁰ Quòd, á qué se dirigian aquellos discursos? Acaso para irritaros contra, etc. ¹¹ Gravius æquo, por mayores de lo que era justo; pero no todo es permitido á todos. ¹² Demissi in obscuro, los que viven ocultos y confundidos con el vulgo. ¹³ In excelso, en elevacion, en lugar visible...

neque studere¹, neque odisse, sed minumè irasci decet. Quæ apud alios iracundia dicitur, ea in imperio² superbia atque crudelitas appellatur. Equidem ego sic æstumo, P. C., omnis cruciatus³ minores quàm facinora illorum esse; sed plerique mortales postrema⁴ meminere, et in hominibus impiis, sceleris eorum oblitii, de pœnâ disserunt, si ea paulò severior fuerit. D. Silanum, virum fortem atque strenuum, certè scio, quæ dixerit, studio reipublicæ dixisse; neque illum in tantâ re gratiam, aut⁵ inimicitias exercere: eos mores eamque modestiam viri cognovi⁶. Verùm sententia ejus non mihi crudelis (quid enim in talis homines crudele fieri potest?), sed aliena a republicâ nostrâ videtur. Nam profectò aut metus aut injuria te subegit, Silane, consulem designatum, genus pœnæ novum decernere. De timore supervacaneum est disserere, cum præsententi diligentiam clarissimi viri consulis tanta præsidia sint in armis. De pœnâ possum equidem dicere id quod⁷ res habet: in luctu atque miseris mortem, ærumnarum requiem, non cruciatum esse; eam cuncta mortalium mala dissolvere⁸; ultra, neque curæ neque gaudii locum esse. Sed, per deos immortalis, quamobrem in sententiam non addidisti, ut prius verberibus in eos animadverteretur? An quia lex Porcia vetat? Atalix leges item condemnatis civibus non animam eripi, sed exsilium permitti jubent. An quia gravius est verberari quàm necari? Quid autem acerbum aut grave nimis in homines tanti facinoris convictos? Sin, quia leviùs; qui convenit in minori negotio legem tenere⁹, cum eam in majori neglexeris? At enim¹⁰ quis reprehendet quod in parricidas reipublicæ decre-

¹ Studere, ni apasionarse, ni aborrecer, pero ménos que todo dejarse llevar de la ira. ² Imperio, en los que mandan se llama tiranía y crueldad. ³ Omnis cruciatus, no hay castigo que iguale á su maldad. ⁴ Postrema, de lo último que ven (esto es, del castigo). ⁵ Gratiam aut, ni esto lo hace por lograr el favor de alguno, ni por alguna enemistad que tenga. ⁶ Cognovi, conozco á fondo su indole y moderacion. ⁷ Id quod, lo que es en realidad. ⁸ Dissolvere, pone fin á las humanas miserias, y despues de la muerte ni hay sentimiento ni gozo. ⁹ Legem tenere, observar la ley. ¹⁰ At enim, ¿pero quién reprenderá, dirás tú qualquiera resolución que se tome contra los parricidas de la república? La condicion de los tiempos, el dia de mañana, y la fortuna, que todo lo gobierna á su antojo. Bien merecido tendrán lo que les viniere...

Neque curæ, sententia impia y mas que pagana, que despues refuta Caton.

tum erit? Tempus, dies, fortuna, cujus lubidò gentibus moderatur. Illis meritò accidet, quidquid venerit: ceterum vos, P. C., quid in alios statuatis, considerate. Omnia mala exempla ex bonis initiis orta sunt: sed ubi imperium ad ignaros aut minus bonos¹ pervenit, novum illud exemplum² ab dignis et idoneis ab indignos et non idoneos transfertur. Lacedæmonii devictis Atheniensibus, triginta viros imposuere, qui rempublicam eorum tractarent. In primo cœpere pessimum quemque, et omnibus invisum, indemnatum³ necare: ea populus lætari, et meritò dicere fieri. Pòst, ubi paulatim licentia crevit, juxtâ⁴ bonos et malos lubidinosè interficere, ceteros metu terrere. Ita civitas servitute oppressa, stultæ lætitiæ graves pœnas dedit. Nostrâ⁵ memoriâ, victor Sulla, cum Damasippum et alios hujusmodi, qui malo reipublicæ creverant, jugulari jussit, quis non factum ejus laudabat? Homines scelestos et factiosos, qui seditionibus rempublicam exagitaverant⁶, meritò necatos aiebant. Sed ea res magnæ initium cladis fuit. Namque ut quisque domum aut villam, postremò aut vas⁷ aut vestimentum alicujus concupiverat, dabat operam utis in proscriptionum numero esset. Ita illi quibus Damasippi mors lætitiæ fuerat, paulò pòst ipsi trahebantur⁸; neque prius finis jugulandi fuit, quàm Sulla omnis suos divitiis explevit. Atque ego hæc non in M. Tullio, neque his temporibus vereor. Sed in magnâ civitate multa et varia ingenia⁹ sunt: potest alio tempore, alio consule, cui item exercitio in manu sit, falsum aliquid pro vero credi. Ubi hoc exemplo per senatûs decretum consul gladium eduxerit, quis illi finem statuere, aut quis moderabitur? Majores nostri, Patres Conscripti, neque consilii neque audaciæ unquam eguere; neque superbia¹⁰ obstabat, quominus instituta aliena, si modò proba erant, imitarentur. Arma¹¹ atque tela militaria ab Samnitibus, insignia magistrat-

¹ Minus bonos, malvados. ² Exemplum, los indignes é ineptos tom a el ejemplo que vieron en los dignos y aptos. ³ Indemnatum, sin hacerle causa. ⁴ Juxtâ, igualmente á buenos que á malos á su antojo. ⁵ Nostrâ, en nuestros dias. ⁶ Exagitaverant, que habian puesto en cuidado á la república con sus alborotos. ⁷ Vas, alhaja. ⁸ Trahebantur, eran arrastrados al suplicio. ⁹ Ingenia, diversos modos de pensar. ¹⁰ Superbia, ni por arrogancia dejaban de imitar los usos extranos siendo buenos. ¹¹ Arma, la armadura militar y las lanzas, etc...

Arma, aqui las defensivas, y tela las ofensivas.

tuum ab Tuscis pleraque sumpserunt: postremò, quod ubique apud socios aut hostis idoneum videbatur, cum summo studio domi exsequerentur: imitari quàm invadere bonis malebant. Sed eodem illo tempore, Græciæ morem imitati, verberibus animadvertentibus in civis, de condemnatis summum supplicium¹ sumebant. Postquam respublica adolevit, et multitudine civium factiones valere², circumveniri³ innocentes, alia⁴ hujusmodi fieri cœpere: tunc lex Porcia aliæque leges paratæ⁵ sunt, quibus legibus exsilium damnatis⁶ permissum est. Hanc ego causam, P. C., quominus novum consilium capiamus, imprimis magnam puto. Profectò virtus atque sapientia major in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quàm in nobis, qui ea bene parta⁷ vix retinemus. Placet igitur eos dimitti, et augeri exercitum Catilinæ? Minumè. Sed ita censeo: publicandas eorum pecunias⁸; ipsos in vinculis habendos per municipia, quæ maxumè opibus valent⁹; neu quis de iis postea ad senatum referat, neve cum populo agat: qui aliter fecerit, senatum existumare, eum contra rempublicam et salutem omnium facturum.»

LII. Postquam Cæsar dicendi finem fecit, ceteri¹⁰ verbo, alius alii, variè assentiebantur: at M. Porcius Cato, rogatus sententiam, hujusmodi orationem habuit.

« Longè¹¹ mihi alia mens est, Patres Conscripti, cum res atque pericula nostra considero, et cum sententias non nullorum mecum ipse reputo: illi mihi disseruisse videntur de pœnâ eorum qui patriæ, parentibus, aris atque focis suis bellum paravere: res autem monet cavere ab illis magis, quàm quid

¹ *Summum supplicium*, castigaban con el último suplicio. ² *Valere*, engruesaron los partidos. ³ *Circumveniri*, se perseguía. ⁴ *Alia*, otras tropelías semejantes. ⁵ *Paratæ*, se publicaron. ⁶ *Damnatis*, á los reos. ⁷ *Bene parta*, lo que ellos justamente adquirieron. ⁸ *Pecunias*, que se les confiscan todos sus bienes. ⁹ *Valent*, son mas poderosos.

LII. ¹⁰ *Ceteri*, los demas senadores, unos asentian de palabra y otros no. ¹¹ *Longè*, cuando veo, ó padres de la patria, los peligros que nos cercan, y reflexiono dentro de mí mismo los dictámenes de algunos, pienso muy de otra manera que ellos...

Assentiebantur verbo, expresion para denotar que no eran del número de los senadores pedáneos que no hablaban en el senado.

in illos statuamus consultare¹. Nam cetera maleficia tum persequare², ubi facta sunt: hoc, nisi provideris ne accidat, ubi evenit, frustra judicia implores. Captâ urbe, nihil fit reliqui victis. Sed, per Deos immortalis, vos ego appello³, qui semper domos, villas, signa⁴, tabulas vestras pluris quàm rempublicam fecistis: si ista, cujuscumque modi sint, quæ amplexamini⁵, retinere, si voluptatibus vestris otium præbere vultis, expergiscimini aliquando, et capessite rempublicam. Non nunc agitur de vectigalibus, non de sociorum injuriis: libertas et anima nostra in dubio⁶ est, Sæpenumero⁷, P. C., multa verba in hoc ordine feci: sæpe de luxuriâ atque avaritiâ nostrorum civium questus sum, multosque mortalis eâ causâ advorsos habeo: qui mihi⁸ atque animo meo nullius unquam delicti gratiam fecissem, haud facilè alterius lubricini malefacta condonabam: sed ea tametsi vos parvi pendebatis, tamen respublica firma erat; opulentia⁹ negligentiam tolerabat. Nunc verò non id agitur, bonisne an malis moribus vivamus, neque quantum aut quàm magnificum imperium populi romani sit. sed hæc, cujuscumque modi videntur, nostra¹⁰, an nobiscum unâ hostium futura sint. Hic mihi¹¹ quisquam mansuetudinem et misericordiam nominat! jampridem equidem nos vera rerum vocabula amisimus: quia bona¹² aliena largiri, liberalitas

¹ *Consultare*, deliberar. ² *Tum persequare*, se han de castigar despues de cometidos; pero este si no se ataja ántes que suceda, cometido ya, en vano es recurrir al castigo. ³ *Appello*, con vosotros hablo. ⁴ *Signa*, estatuas y pinturas. Orden: ⁵ *Si vultis retinere ista quæ amplexamini, cujuscumque modi sint, etc.*, si quereis mantener estas cosas que en tanta estima teneis, como quiera que ellas sean; si quereis disfrutar con todo sosiego de vuestros deleites, salid alguna vez de vuestro letargo y mirad por la república. ⁶ *In dubio*, en peligro. ⁷ *Sæpenumero*, repetidas veces he hablado largamente en este sitio. ⁸ *Qui mihi*, yo que en nada me he perdonado á mí mismo, ni lisonjeado mis pasiones, con dificultad disimulaba las pasiones y delitos en otro. ⁹ *Opulentia*, su excesivo poder disimulaba el descuido en el gobierno. ¹⁰ *Nostra*, han de permanecer nuestras, ó pasar juntamente con nosotros á poder de los enemigos. ¹¹ *Hic mihi*, ¿y habrá quién tome en boca la mansedumbre y compasion? ¹² *Bona*, porque el ser maniroto con lo ajeno se llama ya garbosidad, y el atrevimiento para lo malo fortaleza: á tal extremo

Qui mihi, noble pintura del carácter rigido de Caton.